Anno ætatis ſuæ 72. Salutis 1462. Menſe Maio Electus obiit Menſe Septembri Aono 1470.

VETVS ELOGIVM.

Iuſtitiam colui prius, & ſi fata fuiſſent
Pro Patria in Turcas Dux moriturus eram.

CHriſtophorus Maurus jam Legatus extraordinarius pro Italiæ pace ad Romanum Pontificem Pium II. pietate & religione illuſtris, Chriſto patiēte, Principatū obtinet, promovente. Haud enim fallitur Via, Veritas, & Vita. Veſtalem virginem, Chriſti Sponſam cum violare potuiſset, & noluiſset; illibati thori à Chriſto Crucifixo gratias & thronum accepit: Mauro pertranſeunti caput inclinante ligneà Salvatoris imagine, & gratias agente, quòd thorum non polluiſset Deo ſacrum. Luſit populus præ lætitià in electione Mauri, cujus coniunx Chriſtina Sanuta excelſæ indolis Princeps, pietate in pauperes cæteris matronis anteibat.